

NOTE
IN NOTAS
WILLELMI WENDROCKII
Ad Ludovici Montaltii Litteras,
ET IN DISQUISITIONES
PAULI IRENÆI,
IN USTÆ
A BERNARDO STUBROCKIO
VIENNENSI THEOLOGO.

Printe alla libreria de l'islo Real della Compagnia de Gesu
de Salamanca




Printe et l'islo Diego de la Frunte Huicado
COLONIAE,

Apud JOANNEM BVS&VM Bibliopolem.

M. D C. LIX.

Permissa Superiorum, & Approbatione Ordinarii.



WILLELMO
WENDROCKIO
FAMILIARI SUO,
BERNARDUS STUBROCKIUS
SAPERE IN POSTERUM.

AVIDIS & famelicis oculis lucubrationem tuam legi , Willelme Wendrocki : quem Bajanæ , Janseanianæ , Sancygiranæ pseudologiæ Baccalaureum verius dixerim , quam Salzburgensem Theologum . Rarum opus tibi gratulor : dignum sanè patellæ operculum , numeris ferè omnibus absolutum : in quo scilicet ad maledicentiam , calumniam , fraudem , obstinatam in damnata hæresi pervicaciam , nihil prorsus desideratur . Tria sunt tamen , ut ingenuè moneam , quæ fortè imprudens omisisti . Primum est , quod cum tuā tuorumque ineutia , vel potius curâ , innumera mendæ , & crassissimi errores in tuum Librum irrepserint , nullam tamen , ut fieri solet , erratorum tabulam subiectere dignatus es .

F R O N S L I B R I.

Ludovici Montaltii *Litteræ Provinciales*. Autorem appellas Litterarum Provinciarium: ad Provincialem verius dixisses: error in limine infaustum præfigium est.

Vix inito cursu, pede offendis: dum in cælum Montaltium extollis, fabulosum scilicet, ut cum cum Ursis, Draconibus & Scorpionibus colloces; tu ipse in cænum devolveris. Nomen ad libitum fingis, tuoque Lectori imponis: sed fingendi affingendique artis peritissimis hominibus, qualem te esse reproto, hæc & majora licent. Omisisti alios honoris titulos, quos præfatus auctor jure ac meritò sibi vendicat. Is enim est Princeps Jansenianæ factionis scriba, vulgaris Portus-regalis commentariensis, cuius anilia commenta tuis auxisti; famosus scurra & nobilis Histrio, immò strenuus scurrilitatis & dicacitatis Patronus ac propugnator. Ille igitur auctor est Litterarum ad Provincialem.

De Morali & Politica Jesuitarum Disciplina. Cur Jesuitarum potius, quam Theologorum alterius Ordinis? Quid enim de hoc argumento Jesuitæ scripserunt, quod aliis acceptum non referant? Sed cur Jansenium omisisti, cuius hæreses impunè docet? Cur Arnaldum, cuius causam agit ac errores liberè prædicat?

PAULI IRENÆI
DISQUISITIONES.

TYPOGRAPHVS Lectorem monet, Wendorckium paci consulentem, duas extremas Epistolas Notis locupletare noluisse; non tamen alienum visum, tres Disquisitiones Pauli Irenæi ad hanc rem non parùm facientes subnectere. Sed cui paci consulis Wendrocki vellem, ingenuè significasse. Facies, si quando lubeat. Interea festino errorum spicilegio, quibus tres istæ Disquisitiones scatent, huic provinciæ à me susceptæ coronidem imponam; leviore manu rem hanc discutiam, & in tuas Disquisitiones paulò mitius inquiram. Annati erit, quem in his vehementer impugnas, justa refutatione injustum aggressorem repellere. Is profecto est, qui auxiliari dexterâ non indigeat: te illi valde commendatum velim. Tuas Disquisitiones appello, quia reveræ tuæ sunt: nomen dumtaxat mutasti: & qui Notis Epistolas Montaltii locupletare dicitur Willimus Wendrockius, idem easdem Paulus Irenæus Disquisitionibus illustrare conatus est. Sed ad rem venio.

Erro-